



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XXXIX. Apud S. Arnulfum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

strum component, & simul cum excommunicatione ecclesiastica nostram har-  
miscaram durissimam sustinebunt.

X.

Vt Missi nostri omnibus reipublicæ mi-  
nistris denuntient ut Comes vel reipublicæ  
ministri simul cum Episcopo uniuscujus-  
que parochie sint in ministeriis illorum  
quando idem Episcopus suam parochiam  
circumierit, cum Episcopus eis notum fe-  
cerit: & quos per excommunicationem  
Episcopus adducere non potuerit, ipsi re-  
gia auctoritate & potestate ad peniten-  
tiam atque rationem vel satisfactionem  
adducant.

XI.

Sciant etiam fideles nostri quia conce-  
fimus in synodo venerabilibus Episcopis

ne super beneficia ecclesiastica vel præ-  
starias, etiamsi Episcopus aut quilibet mo-  
nastrorum prælatus inrationabiliter pe-  
tierit, præcepta confirmationis nostræ ul-  
lo modo faciamus. & ideo ab inrationabili  
petitione se unusquisque compescat.

XII.

Vt Missi nostri omnibus per illorum mis-  
faticum denuntient ne commutations  
rerum vel mancipiorum quilibet prælatus  
earundem rerum ecclesiasticarum sine li-  
centia vel consensu nostro facere præfa-  
mat, neque mancipia ecclesiastica quis-  
quam nisi ad libertatem commutet. Vide-  
licet ut mancipia quæ pro ecclesiastico da-  
buntur, in Ecclesiæ servitute permaneant;  
& ecclesiasticus homo qui commutat  
fuerit, perpetua libertate fruatur.

## TITVLVS XXXIX.

Apud sanctum Arnulfum.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICÆ DCCCLXVIII.

Indictione prima, Metis civitate, apud sanctum Arnulfum, hæ pactiones inter  
Hludovicum & Karolum glorioſos Reges factæ sunt, his presentibus, Hinc-  
maro Archiepiscopo, Luitberto Archiepiscopo, Alfrido Episcopo, item Hinc-  
maro Episcopo, Vitgario Episcopo, Odone Episcopo, regni Karoli glorioſi  
Regis XXIX.

**A** Modo & deinceps ad Dei voluntati-  
tem & sanctæ Ecclesiæ restauratio-  
nem & honorem atque defensionem & ad  
nostrum communem honorem & salva-  
mentum atque profectum, & ad salvatio-  
nem ac pacem Christiani populi nobis  
commisisti, isti fratri meo Karolo & confi-  
lio & auxilio in vera fraternitate, quantum  
Deus mihi scire & posse dederit, fidelis  
adjuvator ero. Et si Deus nobis amplius ad-  
huc de regnis nepotum nostrorum dona-  
vent, & in acquirendo, ac in dividendo,  
sicuti plus æqualiter aut nos aut nostri  
communes fideles invenerint, quos com-  
muni consenſu elegerimus, & in ipſa di-  
visione conſentiendo, & in habendo, & in

conſervando atque defendendo, tam iſtud  
quod habemus quām & quod nobis de  
præfatis regnis Dominus conſeffeſit, abſ-  
que dolofite aut deceptione vel ſuper-  
abreptione illi ſincerus auxiliator & co-  
operator ero, ſicut verus frater vero fratri  
per rectum eſſe debet; in hoc ut ipſe ſimi-  
liter erga me conſerver. Mundeburdem  
autem & defensionem sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ pariter conſervabimus; in hoc ut  
Romani Pontifices nobis debitum hono-  
rem conſervent, ſicut eorum antecelfores  
noſtris antecelforibus conſervaverunt. Si  
me Deus adjuvet & iſti sancti.

Similiter &amp; Karolus Hludovicus promiſit.



TITVLVS